DISPUTATIO INAUGURALIS, *De*

FREQUENTI ET DIFFICILI JURE REVOCANDI FEUDA SINE CONSENSU EORUM QUORUM INTEREST ALIENATA.

Quam

SUPERNO AUXILIANTE NUMINE,

Ex Decreto Magnifici & Ampliſſimi JCtorum ordinis in Alma & Inclyta Academia Gryphiſylvana,

PRÆSIDE

Viro Ampliſſimo, Clariſſimo & Conſultiſſimo

DN. FRIDERICO GERSCHOVIO, J. U. D. ibidemq; P. P. & p. t. Collegij Juridici Decano ſpectabili, Cognato, favitore & Præceptore ſuo æternùm officiosè colendo.

Pro Licentia in Utroq; Jure ſolenniter conſequenda,

Publico ſubjicit examini

FRIDERICUS RUNGIUS, Gryphiſwald. Pomer.

Ad diem XXXI. Martij. Horis & loco præſtitutis.

GRYPHISWALDII
Prælo JOHANNIS ALBINI, Anno 1626.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
VI.
3—

D. O. M. A.

DE REVOCATIONE FEUDORUM.

THESIS I.

Turpe eſt difficiles habere nugas, & ſtultus labor eſt ineptiarum; inquit Catullus Poëta. Nam monente Ulpiano (a) *ea tractanda ſunt quæ quotidiana ſunt, & ſecundùm Plutarchum quæ maximum in ſe habent commodum & emolumentum. Nos igitur impræſentiarum materiam de feudorum revocationibus agentem publicæ cenſuræ ſubjiciemus, utilem certè & quotidianam nec ob præſtantiam ſuam ullo elogio indigentem: vino enim vendibili quid opus ſuſpenſa hedera?* (b).

(a) *In l. 1. in pr. ff. de ſuſpect. tut. l. 6. § quæſitum 4. ff. de precar. & ICto Paulo in l. legavi 25. in pr. ff. de liberat legat.* (b) ut enim Hydra Lernea innumerorum capitum ferax eſt, ſic quoq; materia de revocatione feudorum uberrimam producit utiliſſimarum quæſtionum ſegetem, quas frequentes eſſe & quotidianas nemini in foro verſanti ignotum eſſe poteſt.

II.

Præmittendum autem hic eſt Juri revocandi locum non eſſe niſi feudorum præceſſerit alienatio,

quæ regulariter vaſallis prohibita eſt (a) *& non aliter permiſſa quam ſi Domini* (b) *Agnatorum* (c) *& aliorum quorum intereſt alienationem non fieri* (d) *accedat conſenſus* (e) *quo à parte domini deficiente alienatio ipſo jure nulla eſt*, (f) *à parte reliquorum vero duntaxat ſi abeſt, nulla quidem ipſo jure non eſt* (g). *Invalidatur tamen per jus revocandi.*

(a) Jure videlicet novo ex conſtitutionibus Lotharij & Friderici Impp. qui omnem alienationem vaſallis ſeverè interdixerunt *C. un. 2. F. 52. de probib. feud. alien per Lothar. c. un. pr. 2. F. 55. de probib. feud. alien. per Frider.* De jure enim & conſuetudine veteri licebat Vaſallis feuda invitis dominis alienare, & quidem in locis quibuſdam in totum, in quibuſdam vero pro parte ad medietatem uſq; uti videre licet *c. 1. in pr. 1. F. 5. quib. mod. feud. amitt. c. 1. 1. F. 13. de alienat. feud. Vult. de feud. l. 1. c. 10. n. 44. Mart. Laud. in d. c. 1. pr. & § 1. 2. F. 13. de feud. alien.* Alienationis autem verbum generale eſt ſub quo comprehenduntur omnes actus per quos fit translatio dominij *l. 1. C. de fund. dotal. Gœdd. ad l. alienationis verbum 25. ff. de V. S. n. 4.* Unde prohibitâ alienatione ſtatim & prohibitæ cenſentur emptiones venditiones, donationes, in ſolutum dationes, compenſationes & permutationes: &c. Nam ſi quis alicui dat aliquid ex unâ de hiſce cauſis, ſine dubio dominium ſtatim tranſit in accipientem *§ per traditionem 40. Inſt. de rer. diviſ.* (b) *c. 1. § ſi vero 1. F. 13. de alien. feud. c. 1. § fin. 2. F. 24. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. c. 1. § ſimiliter 2. F. 34. de L. Corrad. d. c. 1. in pr. 2. F. 55. de probib. feud. alien. per Frid. Schrad. de feud. part. 8. c. 4. n. 1.* Idq; extra difficultatem & controverſiam eſſe dicunt *Curt. Iun. de feud. part. 4. n. 146. Vultej. de feud. lib. 1. c. 10. n. 61.* (c) Si ſcilicet feudum eſt paternum *c. 1. in pr. 2. F. 39. de alien. feud. patern.* In alienatione enim feudi novi agnatorum conſenſus neceſſarius non eſt. *Vult. d. c. 10. n. 72. Gothofr. Anton. diſp. feudal. 9. th. 4. lit. e.* (d) Veluti ſi plures non unius familiæ ſimultanee inveſtiti ſunt, & ſecundum diſpoſitionem juris Saxonici conjunctam habent manum. Etſi enim de jure communi feudali nemo ſimultaneè inveſtitus conſequatur jus afficiens rem *Gothofr. Anton. diſp. 4. th. 3.* vel jus ſuccedendi

dendi *Mynſ.Reſp.29.n.8.Vult.lib.1.feud.c.9.n.104.* De jure tamen Saxonico jus conjunctæ manus ſimul introductum eſt, quod & Jus reale & ſucceſſionem tribuit. Unde & hoc jure feudi alienatio ſine conſenſu conjunctam manum habentium fieri non debet. uti declarat Auguſtus Elector Saxoniæ *p.2. Conſt.art.45.* §. Wann dann jemands ſein Lehngut. Nam cum hiſce plenum jus quæſitum ſit conjuncta manu eorum conſenſus excludi non debet: cum quod omnes tangit, ab omnibus meritò debeat approbari *l.fin. C.de Author. præſtand. c. quod omnes 29. X. de R. I.* (e) Qui vel expreſſus eſt vel tacitus, & de utroq; receptum eſt, quod tam Domino quam agnatis præjudicium creet: cum regulariter par vis & virtus ſit taciti & expreſſi argumento *l. de quibus 32. ff. de LL.* Verum quando Dominus vel agnatus tacitè conſenſiſſe intelligantur non omninò inter Dd. convenit. Nos diſtinguendum putamus inter perſonam Domini & agnatorum ita ut Dominus ob ſcientiam, taciturnitatem, & præſentiam tacitè conſenſiſſe in alienationem cenſeatur, cum præſens & actum non impediens contradicendo, ſi id facere poteſt, habeatur pro conſentiente *l. ſæpe 63. ff. de Rejud: c. 2. X. de accuſat. in 6. Schrad. de feud. p. 8. c. 4. n. 2. Zaſius de feud. part. 9. n. 31. Curt. Iun. de feud. part. 4. n. 134. Vult. de feud. d. c. 10. n. 64.* Agnati verò ex his pro conſentientibus non habeantur, ſed opus ſit ulterius facto quodam (quod *Roſenth. de feud p. 1. c. 9. memb. 2. concl. 77.* vulgò poſitivum vocari ait) ex quo conſenſus colligi poſſit *Iohan. Schoner. diſp. feud. 9. th. 112. Hartm. Piſtor. lib. 2. part. 1. quæſt. 7.* qui *n. 5.* tria ponit indicia ex quibus tacitus eorum conſenſus colligitur. I. Si perſuaſiſſent emptori ut emeret. II. Si evictionem ſe præſtituros promiſiſſent. III. Si inſtrumentum contractus ſcripſiſſent. Addimus nos IV. Si forte contractu perfecto emptori fauſta comprecati fuiſſent. Vix enim doli notam effugere poſſunt, ſi poſtmodum diſſenſum allegare velint. Dolus autem nemini patrocinium præſtare debet. *arg. l. 5. C. ad SCtum Vellejan.* Sed hic ulterius & ea occurrit quæſtio, Quando conſenſus domini vel agnatorum intervenire debeat, nimirum an præciſè alienationem præcedere, vel in ipſo actu adeſſe debeat, an verò ſubſequens ratificatio ſufficiat? Et ratihabitionem ſufficere arbitramur verius; tam reſpectu Domini quam agnatorum: Illius, quia actus favore tertij nullus, ejus ratificatione convaleſcit.

 l. licet.

l. licet 56. ff. de judic. Roſenth. de feud. part. 1. c. 9. memb. 1. concluſ. 28. Mynſ. cent. 4. obſ. 74. Horum, primò ob expreſſum *text. in c. 1. in pr. 2. F. 39. de alien. feud. patern.* ubi & *id Schenck. Baro n. 4. notat.* Deindè quia retrotrahitur ratihabitio ad tempus contractus & idem operatur quod conſenſus *l. fin. in pr. C. ad SCtum Macedon. Roſenth. d. c. 9. memb. 2. concluſ. 77.* (f) *c. 1. in pr. 2. F. 44. Quid jur. ſi poſt alienat. feud. vaſall. id recuper. c. 1. in pr. 2. F. 55. de prohib. feud. alienat. per Frider.* Sed annè requiritur ſententia declaratoria? Quod putamus ad hoc ut poſſeſſio vaſallo adimatur *Vult. de feud. lib. 1. c. 11. n. 45. Frider. Schenck. ad c. 1. §. rurſus 1. F. 5. Quibus mod. feud. amitt Curt. Iun. de feud. part. 4. n. 155. vid. Gail lib. 2. obſ. 51.* (g) Nullibi enim expreſſum eſt alienationem Domini conſenſu factam ipſo jure nullam eſſe, ſi agnatorum conſenſus non intervenerit, ipſo jure ergo ſubſiſtit. licet non irrevocabiliter. *Roſenth. d. c. 9. concl. 28. Schrad. part. 8. c. 6. n. 16.*

III.

Quod revocandi jus duplex eſt, nec ſemper ex uno ſcaturit fonte, ſed interdum formam & modum capit ex jure protimiſeos (a) *interdum vero ex jure ſucceſſionis* (b).

(a) Ita vocatur hoc jus expreſsè in conſt. Friderici Imp. de Jure protimiſeos *lib. 5. F. 13. & 14.* quam appellationem etiam ſecuti ſunt *Baldus Peruſinus, Matthæus de Afflictis Benedellus, & alij*, qui Tractatus ſuos de jure protimiſeos inſcripſerunt. Alij tamen alias Tractatibus ſuis indiderunt inſcriptiones, quorum quidam jus retractus, ut *Tyraquell. de Vtroq. retractu, Chaſſanæus in conſuet. Burgund. Tit. de Retract. Sainſon in conſuet. Turonum tit. de Retract.* & Galli ferè omnes: quidam verò jus congrui, uti *Iacobus Novellus ſuum inſcripſit tractatum*, id vocarunt. Germani dicunt, Zugrecht / Ablöſung / Einſtandt. Cæterum vocabulum προτίμησις Græcum eſt à προτιμάω deſcendens, quod idem eſt atq; præfero. Quam derivationem etſi *Tyraquell. de Retract. Municip. in præfat. n. 2.* pro propria non agnoſcat: nos tamen eam ad naturam retractus omnium proximè accedere putamus, vel ipſo Tyraquello teſte, qui ibidem ait hanc derivationem rem ipſam exprimere ſignificantius. (b) Sic dictum

quod

quod totum dependeat ex jure & facultate ſuccedendi. Neq; putandum eſt hæc jura eſſe eadem, & in eorum diſtinctione non multum eſſe ſitum. Quamvis enim in quibuſdam conveniant, in multis tamē etiam diſcrepant, adeò ut forma eorum planè ſit diverſa, id quod ſequentes theſes apertiùs demonſtrabunt. Non tamen propterea unum abſorbet alterum; Sed licet quis à jure redimendi tempore vel alia de cauſa Juſta ſit excluſus, poterit tamen ex Jure ſucceſſionis feudum alienatum poſtmodum licitè recuperare. *Schrad. de feud. part. 8. c. 7. n. 58.*

IV.

Jus autem protimiſeos (a) *reſpectu præſentis materiæ in genere ita commodè definiri poſſe putamus, quod ſit jus prælationis* (b) *certis competens perſonis* (c) *ad contractum feudalem* (d) *cum alio initum nondum tamen perfectum, prohibendum* (e) *vel jam perfectum retrahendum* (f) *ſub ſolutione tamen ejuſdem pretij quod emptor dedit vel dare paratus eſt* (g) *intra tempus conventione vel lege definitum* (h).

(a) Quod antiquiſſimum eſſe, olimq; in Politiâ Moſaicâ viguiſſe teſtimonio eſt *Levit. c. 25. verſ. 25. Ierem. c. 32. verſ. 7. Ruth. c. 4. verſ. 4.* Id quod de Republica Romana quoq; aſſerit *Iohan. Koppen lib. 1. deciſ. 52. n. 10.* Qui indubium eſſe dicit Romæ antiquiſſimis temporibus hoc jus eo modo, ut in Politia Judaicâ, obſervatum fuiſſe, quod facilè ipſi largimur; cum plurima ejus veſtigia in jure civili etiamnum extent. Verum de eo maxima inter Dd. eſt contentio, num per *l. Dudum 14. C. de contrah. empt.* hoc jus planè ſit abrogatum? Quod *Iohan. Koppen de deciſ. 52. n. 11. Berlich. vol. 2. pract. concl. 39. n. 2.* & alij quorum longum Catalogum ponit *Tyraquell. de Retract. Municip. in præfat. n. 60.* affirmant. Nos tamen id verum non exiſtimamus, *d. l. dudum* ſolummodò de ſublato & abrogato abuſu accipientes, freti authoritate *Bartoli, Saliceti, Fulgoſii, & Marci Mantuæ Bonavidij*, qui in explicatione *d. l. dudū 14.* omnes eò inclinant,

jus

ſus protimiſeos quale hodie in uſu eſt per *d. l.* abrogatum non eſſe, quod & ex ipſius legis verbis demonſtrari poteſt. Illud certum eſt hodie hoc jus ubiq; fere terrarum potius ex generali conſuetudine, quam ex jure ſcripto vigere *Gail. lib. 2. obſ. c. 19. Bald. in l. dudum C. de contrab. empt. Iacob. Novell. de jure congrui in pr. n. 26.* quam ab omni parte rationabilem dicit *Ioan. Sainſon. in couſuet. Turonum tit. de Retract. art. 1. verſ. quant. aucun.* quæ approbata poſtmodum eſt tam jure Canonico in *c. conſtitutus 8. X. de Reſtit. in integr.* quam conſtitutione Friderici Imp. de jure protimiſeos *5. F. 13.* cui ex immemoriali obſervantiâ *cum Iacob. Novell. de congr. in pr. n. 1.* legis vigorem meritò tribuimus. (b) *Marc. Mantua Bonavid. in repet. l. dudum 14. C. de contrad. empt.* Qui enim potiori jure non nititur adeò ut emptori ſit præferendus, is protimiſeos juri uti non poteſt. (c) Non enim omnibus indiſtinctè competit, ſed tantum ijs quibus id vel conventione, vel lege, vel ſanguinis jure datum eſt de quibus infra ſuis locis. (d) Libet namq; deſcriptionem aptare præſenti materiæ quæ eſt de Revocationibus feudorum. Alias enim extra hoc negotium non tantum res feudales, ſed & omnes allodiales immobiles & quæ earum jure habentur juri protimiſeos obnoxiæ ſunt *Matth. de Afflict. ad pr. conſt. Frid. de Iur. protimiſ. n. 4.* (e) Quod primum juris protimiſeos conſtituit effectum vocaturq; jus prohibendi. Nam in materia revocationis feudi jus protimiſeos bina producit remedia, quibus agnatis in alienatione feudorum, ad conſervationem juris ſui ſuccurritur, Jus ſcilicet Retractus & Jus prohibendi *c. 1. § porro 2. F. 9. quali ſeud. ol. poter. alien. Hartm. Piſtor. lib. 2. part. 1. quæſt. 11. n. 21. Vult. de feud. lib. 1. c. 11. n. 81.* quod tamen ijsdem ferè abſolvitur regulis quibus retractus ipſe. *Roſenth. de feud. tom. 1. c. 9. memb. 2. concl. 86.* niſi quod in ſequentibus diſcrepare videantur. I. Quod jus prohibendi ſtatim competat quando de alienatione futura inter contrahentes tractatus incipiunt: Retractus autem tum demum exordium ſumat, cum contractus in ſuâ formâ perfectus atq; traditio ſubſequuta eſt. II. Quod jus prohibendi eo ipſo momento quo contractus perficitur & conſummatur, id eſt, feudum traditione & translatione Dominio emptoris ſubjicitur, expiret: Retractus vero non finiatur niſi per legitimam præſcriptionem. III. Quod jus prohibendi competat agnato vel alteri

alteri adverſus venditorem in cujus potiſſimum poteſtate eſt alienatio, non adverſus emptorem: Jus autem Retractus adverſus emptorem ſemper, adverſus venditorem nunquam intentari poſſit. (f). Qui juris protimiſeos effectus ſecundus eſt & magis proprius, de quo in theſ. ſeqq. dicemus prolixiùs. Illud tantum hic indagandum venit, Num alterum altero excludatur? id eſt num agnato à Jure prohibendi excluſo pateat adhuc regreſſus ad ipſum retractum? Id quod ducimus affirmandum *cum Roſenth. d. c. 9. membr. 2. concl. 86. Schrad. part. 8. c. 7. n. 8.* (g) quod unum de ſubſtantialibus protimiſeos requiſitis eſt, in quo differt potiſſimum à revocatione ex jure ſucceſſionis. De pretio autem quale ſit offerendum vel reſtituendum dicetur infra latiùs (h). Ut enim omnia jura & actiones ſuas certas habent periodos, ita & hoc jus certis includitur terminis, qui ſi præter labuntur, nulli amplius competit. *Roſenth. de de feud. d. concl. 86.* ubi ait certius id eſſe, quam olim Apollinis habita fuerunt oracula.

V.

Hujus juris hodie inveniuntur ſpecies maximè uſitatæ tres: ut ſcilicet Retractus alius ſit conventionalis, alius legalis, alius gentilitius.

Chaſſan. in conſuet. Burg. tit. de Retract. n. 1. qui tamen Retractum conſuetudinarium vocat, nobis qui gentilitius dicitur. Sunt & qui aliter retractum dividunt, nimirum in conventionalem legalem & municipalem: cujus poſterioris ſpecies iterùm faciunt plures, nimirùm ut alius territorialis, alius cenſualis, alius partialis, alius gentilitius ſit, uti videre eſt *apud Bonavent.* Gavern *in differt. jurid. de jur. Retr. concl. 5. 6. 13.* Quas ſpecies tamen omnes commodè ad noſtram diviſionem referri poſſe exiſtimamus.

VI.

Conventionalis retractus (a) *eſt qui conventione vel pacto de retrovendendo* (b) *conſtituitur, quod certo modo licitum eſſe* (c) *atq; in diſtractione feudorum locum habere* (d) *cum communi aſſerimus.*

(a) Galli

(a) Galli dicunt Jus Reaſcheptus, *Chaſſan. in conſuet. Burg. tit des droict & appertinances à gens mariez &c. § 26. n. 2.* item Becobrij *Boer. in conſuet. Biturig. Tit. des conſtumes des fieſz &c. § 18.* (b) Quod perſonale eſſe evincit tum pactorum natura quæ talis eſt ut perſonalem tantum procreet obligationem, id eſt, quæ rem non afficit, nec inter alios quam contrahentes eorumq; heredes operatur. *l. ſi unus 27. § 4. ff. de pact. junct. l. 1. § ſi heres ff. ad SCtum Trebell.* tum natura actionis quam producit, quæ merè perſonalis eſt, de qua inf. pleniùs *vid. Gail. lib. 2. obſ. 16. Hartman. Piſtoris lib. 1. Illuſt. quæſt. 21. n. 7. VVeſemb. vol. 1. conſil. 39. n. 6.* (c) Exemplum ejus invenitur in *l. ſi fundum 2. C. de pact. int. empt. & vend.* à quo etiam non multùm diſtare videtur pactum de quo agitur *in l. ſi à te 7. C. eod.* quod ferè idem eſt cum priori, niſi quod hic precio ſoluto res ſit inempta & dominium ſtatim ipſo jure redeat ad venditorem: ibi verò precio ſoluto dominium rei venditæ non aliter quam traditione ad alienantem revertatur. De jure Canonico dubium eſſe non poteſt, cum illud per Martinum 5. & Calixtum 7. P P. M M. pro licito & juſto expreſsè ſit declaratum *in c. 1. c. 2. X: comm. de empt. & vend. vid. Bald. & Salycet. in d. l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. Guid. Pap. in in tract. de contract. uſur. n. 18.* Dicimus tamen illud certo modo eſſe licitum: Nam interdum certis de cauſis reputatur eſſe illicitum, quaſi in fraudem legis & legitimarum uſurarum venditionibus adjectum ſit, in quibus cauſis ſeu indicijs colligendis egregiam operam navavit *Berlich. lib. 2. pact. concluſ. cap. 1.* ubi ſupra triginta ponuntur indicia, quæ venditionem ſub revenditionis pacto arguunt ſimulatam & in fraudem uſurarum factam, ut plurimum tamen talia non ſunt, ut per ſe pactum illud retrovenditionis facere poſſint illicitum, ſed duntaxat ſunt adminicula quibus ſuſpicio uſurariæ pravitatis maximè augetur. Non inconvenienter igitur ea hoc loco proponitur diſcutienda quæſtio, quid illud ſit, quod facit præſumi pactum retrovenditionis illicitum & uſurarium, vel quæ potiſſimùm ad id requirantur? *Berlich. d. concl. 1. n. 57. & ſeqq.* quinq; præcipuas refert opiniones, quarum ſecunda & tertia maximis difficultatibus, & Dd. altercationibus obnoxia eſt. Quidam enim anxiè contendunt contractum pro illicito ac fœneratitio habendum eſſe, ſi duo in eo concurrunt I. pactum retrovenditionis. II. modicitas

precij,

precij, quæ opinio apud Berlich. ſecunda eſt, & communiter à Dd. approbata, *uti videre eſt apud Tiraquell. de retract. convent. in præfat. n. 5.* quam etiam ſequitur *Chaſſan. in conſuet. Burg. Rubr. 5. § 1. n. 20 cum ſeqq.* & in Camera Imperiali receptam eſſe teſtatur *Mynſing. cent. 3. obſ. 62.* Quidam verò contra exiſtimant ea ad contractum evincendum illicitum non ſufficere; ſed ultra prædicta duo requirunt. III. Conſuetudinem fœnerandi, vel aliud quoddam ſimulati contractus uſurariæve pravitatis indicium: quæ opinio apud *Berlich. d. l.* in ordine tertia eſt, & fundamentum habet *in c. ad noſtram 5. X. de Empt. & vendit. c. illo vos credimus. in ſ. X. de pignor. & al. caut.* eam ſequitur & magis communem dicit *Tiraquell. de Retract. convent. in præf. n. 5. & Decius conſ. 167. n. 3.* Hanc Dd. pugnam *Berlich. d. l. n. 63.* dirimere conatur ex *Mozz. de contract. in gen. art. 4. de diviſ. contr. n. 88.* adducta diſtinctione inter modicitatem precij ingentem, ſi videlicet ea dimidium juſti precij excedit, & inter parvam ſi ſcilicet ad dimidium uſq; ſe non extendit, ita ut priori caſu enormis illa & magna pretij modicitas ſola cum pacto retrovenditionis contractum faciat ſuſpectum:, poſteriori verò nón aliter quam ſi in perſona emptoris concurrat conſuetudo fœnerandi, ſcilicet quia ſolitus eſt ejusmodi contractuum commento improbum fœnus exercere, vel alia quædam circumſtantia ex qua id colligi poſſit, quam diſtinctionem quoq; tradit *Cacheran. Deciſ. Pedemont. 42. n. 9.* Nos tamen eâ non attentâ poſteriorem ex hiſce hic relatis opinionibus de jure arbitramur veriorem priori illâ indiſtinctè rejectâ. *vid. Ant. Fab. Decad. 9. Error. pragmat. c. 9.* (d) quod enim prohibitum non eſt cur ſtare prohibetur? Illud tamen hic prætereundum non eſt retractus conventionalis effectum euſq; ſe non extendere, ut venditor feudum fortaſſe ab emptore iterum alienatum à tertio poſſeſſore revocare poſſit *Gail. lib. 2. obſ. c. 16.* ſed eo tantùm ut feudum alienatum tamdiu ex pacto repetere poſſit, quamdiu eſt in dominio emptoris. Non igitur extra oleas ut dicitur, vagamur ſi occaſione hujus effectus hoc loco proponamus quæſtionem intricatam ac difficilem de Vaſallo feudum ſub retrovenditionis pacto alienante, & agnato proximiori contra emptorem gentilitio retractu uti volente, ſi venditor ſimiliter reſtitutionem feudi ab emptore debito modo poſtulaverit, uter debeat præferri Agnatusnè an venditor? Sanè

 ab

ab utráq; parte hic ſeſe oſtendunt copiæ ſatis inſtructæ. Nos tamen pro venditore quod is agnato ſit præferendus pugnam eligentes, videbimus quid pro eo obtinere poſſimus, *cum Tiraquell. de Retract. conv. § 1. gloſſ. 7.*

VII.

Legalis eſt (a) *qui per legem aliquibus perſonis in rerum alienatione prærogativam ſpecialiter concedentem conſtituitur: cujus exempla in jure civili reperiuntur plurima* (b). *De jure feudali eum competere arbitramur Domino feudi* (c) *& ſimultaneè inveſtito conjunctam manum habenti* (d).

(a) Quo referimus omne genus Retractus quod non ex pacto vel conventione vel conſanguinitate eſt, ſive ex conſuetudine, ſive ex ſtatuto id deſcendat. Nam & conſuetudinem ſub generali legis ſignificatione contineri docet *§ 3. Inſt. de I. N. G. & civ.* & de ſtatutis expreſſus textus eſt *in l. 3. C. de ſentent. ex pericul. recitand.* Huc ergò pertinent ſpecies th: 5. ex Bonaventura Gavern relatæ. Nam omnes eo ipſo teſte vel ex conſuetudine vel ex ſtatuto originem trahunt. (b) Datur enim eo jure prælatio domino Emphyteuſeos *l. 3. C. de jur. Emphyteut.* inhabitatoribus metrocomiæ *l. un. C. non licer. inhab. metrocom. loc. ſua ad extr. transf.* veteribus poſſeſſoribus in prædijs fiſcalibus *l. congruit 4. l. prædia domus noſtræ 5. in f. C. de locat. præd. civil. vel fiſcal. ſive templ. ſive rei priv. vel dominic. & alius quos recenſent Koppen. lib. 1. deciſ. 52. n. 3. & ſeqq. Matth. de Aſſlict. de jur. protimiſ. in rub. n. 8. 9. Berlich. part. 2. concluſ. pract. c. 39. n. 3. & ſeqq.* (c) Quod manifeſtè probatur *in c. 1. § 1. verſ. porro 2. F. 9. Qualit. feud. ol. pot. alien.* Advertendum tamen eſt jus protimiſeos tum demum dominis competere, ſi conſuetudine vel lege municipali vaſallis ſit permiſſa alienatio, domino non requiſito *Schrad. de feud. part. 1. c. 3. n. 9. Schenck. Baro in c. 1. §. 1. verſ. porro 2. F. 9. qual. ol. feud. pot. alien. n. 3.* (d) De jure nimirum Saxonico: Nam ſi quis eſt ſimultaneè inveſtitus tantum ex juris communis diſpoſitione jus retractus ipſi non competit, quia non jus ſed ſpem duntaxat ſuccedendi conſecutus eſt. Secundum jus Saxonicum verò ſimultaneè inveſtitus,

ſtitus, der ſo die geſambte Handt hat/ non tam ſpem quam ipſum ſuccedendi jus habet: imò tam radicatum ut feudum à vaſallo ſine ſuo conſenſu alienatum, à quovis poſſeſſore redimere, vel morte alienantis expectata ſucceſſionis jure revocare poſſit. *vid. Harim. Piſtor. lib. 2. illuſtr. quæſt. part. 2. quæſt. 20. n. 25.* Illud quoq; hic diſcutiendum eſt ſi Dominus & agnatus in feudo alienato redimendo concurrant, uter ſit præferendus? quæ quæſtio diſtinctione expedienda eſt, ut agnatus præferatur Domino in feudo antiquo ſeu paterno, Dominus verò agnato in feudo novo utpotè in quo agnati nihil juris regulariter habent, niſi forſan ipſis in inveſtitura ſpecialiter eſſet conceſſum *c. 1. § 2. verſ. ſin. autem unus ex fratribus. I. F. 1. de his qui feud. dar. poſſ.* Quæ diſtinctio habetur *in c. 1. d. verſ. porro 2. F. 9. Qualit. ol. feud. pot. al. & apud Schenck. Baron. in d. verſ. porro n. 10. Laudenſ. ibid. n. 9. Sonsb. p. 13. n. 192. Caccial. obſ. 21.*

IIX.

Qui autem gentilitius dicitur retractus (a) *à ſuperioribus planè diverſam habet cauſam. Non enim hic intervenit pactum* (b) *neq; cum reliquis contractus legalis ſpeciebus aliquid commune habet, quam legis autboritatem,* (c) *ſed ſpecialiter conſtituitur per parentelam* (d).

(a) Dicitur & conſuetudinarius *Chaſſan. in conſuet. Burg, tit. de Retract. n. 1.* interdum linearius *Tiraquell. de retract. munic.* item agnatilitius *Gothofr. in not. ad verſ. porro 2. F. 9. qual. ol. feud. pot. al.*

(b) In quo diſcrepat à retractu conventionali, qui ex pacto ſuam formam habet cooperante tamen lege. Undè nec jus reale producit, ſed tantum perſonale, id eſt, quod rem non afficit, ſed duntaxat perſonam contrahentem uti poſuimus theſ. 5. (c) Lex enim in omnibus primas tenet partes, unde neq; conventionalis retractus, neq; ſpecies in th. præcedenti enumeratæ ſubſiſterent niſi legis authoritate eſſent munitæ, quod idem de gentilitio hoc retractu dicendum eſt, quem niſi lex approbaſſet, ſola parentela nunquam producere potuiſſet: cum omne quod non fit jure permittente invalidum ſit & nullum. Hoc igitur reſpectu non ineptè omnis retra-

 ctus

ctus dicitur legalis, vel etiam ejus diſtributio ad hæc duo reducitur membra, ut alius ſit conventionalis alius legalis, ſicq; ſub legali contineatur gentilitius, quem etiam legalis retractus ſpeciem eſſe non quidem inficiamur, in theſi tamen ab eo ſeparavimus, habito magis reſpectu ad reliquas ſpecies, quam ad genus ipſum, idq; propter faciliorem intellectum Juris revocandi alias ſatis difficilis & intricati.
(d) *conſt. ſancimus 5. F. 13. de jur. protimiſ.*

IX.

Parentelæ (a) *autem verbum in materia revocationis feudorum quam ſtrictiſsimè accipiendum eſt, adeò ut ſolos tantum indigitet Agnatos* (b) *qui vel deſcendentes ſunt ut filij, nepotes, pronepotes & reliqui poſteri.* (c) *vel collaterales in ſpecie dicti agnati* (d). *Quibus retractus ita competit, ut quamdiu deſcendentes ſuo jure uti velint, collaterales ad eum aſpirare non poſsint* (e) *ſi verò nolint, agnati ex ſucceſſorio edicto admittantur.* (f).

(a) Alias enim ex Lexicographorum explicatione idem ſignificat quod conſanguinitas vel affinitas, in qua tam latâ tamen ſignificatione in retractuum materiâ nunquam accipi poteſt: cum nullo jure proditum ſit affines jus redimendi habere. Imò contrarium potiùs poſſit evinci ex eo quod nulla eorum ſit ſucceſſio *l. 7. C. comm. de ſucceſſ.* Retractus enim gentilitius per omnia naturam & jus ſucceſſionis imitatur. *Merkelbach. in Epitom. Tiraquellian. concl. 41.* Strictior ergo hîc ejus eſt acceptio, ita ut in retractu denotet ſolam conſanguinitatem ſine affinitate, qua duntaxat agnati & cognati comprehenduntur. *vid. Iacob. Novell. de jur. congr. § 1. in verb. Parentela.*
(b), qui videlicet per virilis ſexus cognationem conjuncti ſunt *§ 1. Inſt. de legat. agnat. tutel.* vulgò vocantur, die Schwerdtmagen/ oder von der Schwerdtſeiten/ quos in materia revocationis ſolos regulariter voce parentelæ contineri exiſtimamus, quia præter eos nemi-

nemini de jure feudali regulariter ſucceſſio defertur *c. unic. 2. F. 11. de ſucceſſ. fratr. c. unic. 2. F. 50. de Natur. ſucceſſ. feud.* Dicimus verò regulariter; nam interdum & parentibus vel cognatis per inveſtituram jus ſuccedendi ſpecialiter attributum eſt. Quo caſu quidem minimè dubitamus ipſis revocationem ex jure pertimiſeos competere, cum regula hujus materia certiſſima ſit: Quod quibus perſonis competat ſucceſſio, ijs quoq; jure protimiſeos proſpectum ſit *Berlich. part. 2. pract. concl. 39. n. 24.* Sicq; etiam aſcendentes & cognatos collaterales ſub Parentelæ verbo contineri: tamen id regulare non eſt, neq; ex ipſius feudi naturâ, ſed tantum ex pacto inveſtituræ appoſito. (c). Vocabulum agnatorum enim non minus filios reliquosq; deſcendentes complectitur quam agnatos collaterales *l. 12. ff. de ſuis & legitt. hered. junct. l. 84. ff. de V. S.* Undè jus revocandi in genere proximis agnatis jure communi conceſſum *c. unic. § 1. 2. F. 3. per quos frat. feud. inveſt.* rectè ad filios & reliquos deſcendentes extenditur *Roſenth. de feud. c. 9. memb. 2. concl. 88. Cacheran. deciſ. Pedem. 175.* Cœterùm quod filiis in materia revocationis feudorum, jus protimiſeos attribuimus non generaliter & ſine omni planè diſtinctione accipiendum eſt: nam hic maximè varium jus eſt cùm ratione perſonarum tùm feudorum. Ratione perſonarum, quia in jure Civili filiorum plures inveniuntur ſpecies, ita ut alij ſint legitimè nati, alij adoptivi, alij naturales, alij legitimati: inter quos tamen de jure feudali maxima eſt differentia quoad jus revocandi, quia nimirùm non eodem jure gaudent in ſucceſſionibus. Sic ergò de his ſentimus. Filiis legitimo thoro natis in feudo redimendo jus protimiſeos ſolùm competere, quippè quibus in jure feudali agnationis & ſucceſſionis jus expreſsè legitur attributum. *c. 1. 2. F. 11. de fratr. ſucceſſ.* non verò adoptivis, non naturalibus, non legitimatis *c. 1. verſ. adoptivi, verſ. naturales 2. F. 26. ſi de feud. defunct. cont. ſit int. dom. & agnat. vaſall.* Et quamvis de legitimatis acerrima inter Dd. ſit pugna, Num & hi à ſucceſſione feudali, ex qua jus protimiſeos gentilitium dependere ſæpiùs monuimus, indifferenter arceantur: tamen, ut prætereamus obſoletum iſtum legitimandi per oblationem curiæ modum, ſuper legitimatis per reſcriptum Principis vel ſubſequens matrimonium ita explicamus mentem, ut Princeps quidem filios vaſalli

natu-

naturales ad feuda legitimare & habilitare poſſit, verùn non aliter quam jure agnatorum ſalvo. *Hartman. Piſtor. lib. 2. Ill. quæſt. p. 2. q. 40.* Legitimati autem per ſubſequens matrimonium nunquam ad ſucceſſionem poſſint adſpirare. *Hotomann. conſil. 10. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 94.* Ratione feudorum verò ſimiliter hic juris ſeſe offert diverſitas. Quia ſcilicet omnium feudorum non una eſt qualiras & conditio *arg. l. 32. ff. de L. Aquil.* Aliud namq; novum eſt, aliud antiquum; & iterùm aliud ex pacto & providentia aliud hereditarium. De feudo antiquo tam hereditario quam ex pacto & providentia periclitabimur, an filiis jus protimiſeos in ijs evincere poſſimus, una cum *Roſenthal. de feud. cap. 9. memb. 2. concluſ. 49. Schrad. de feud. part. c. 7. n. 26.* In novo verò regulariter ipſis revocationem denegamus, niſi fortaſſe patri alienanti feudum contemplatione filij factum eſſet *Schrad. d. c. 7. n. 7. Mynſing. cent. 4. obſ. 85. n. ult. Dn. Lindm. diſp. feud. 3. c. 9. th. 5. vid. Roſenthal. d. cap. 9. memb. 2. concl. 65.* (d) *c. 1. § 1. 2. F. 3. per quos fiat inveſtit. c. 1. verſ. Titius 2. F. 26. ſi de feud. def. cont. ſit int. dom. & agnat. vaſall. eleganter Hartman. Piſtoris lib. 2. Ill. quæſt. 11. n. 5.* (e) propter notiſſimum ordinem ſuccedendi ſancitum *in Novell. 118. c. 1.* manifeſtè in jure feudali approbatum *c. 1. 2. F 11. de ſucceſſ. fratr.* Ex quo & illud inferimus feudorum revocationes à deſcendentibus ſalvâ gradus prærogativâ non fieri ob jus repræſentationis in feudalibus ſucceſſionibus receptum *c. 1. in pr. 1. F. 8. de ſucceſſ. feud.* Sed nepotes pronepotes & ulteriores in infinitum unâ cum filiis jus retrahendi habere. *Schrad. de feud. d. c. 7. n. 38.* (f) *de quo agitur in tit. ff. Qui ord. in poſſeſſ. ſervet.* & eſt de graduum inteſtati ordine, quomodò ſcilicet illi ſibi invicem ſuccedere debeant. Quod non tantùm in prætoria, ſed etiam in civili ſucceſſione receptum eſſe *l. defunctis 6. C. de legit. hered.* apertè probat. Eſt enim Edictum ſucceſſorium duplex uti eleganter *tradit Cujac. in ſolen. repet. Cod. ad tit. de ſucceſſ. edict.* Aliud nempè in quo agitur de ordine graduum inteſtati, cujus jam fecimus mentionem: aliud in quo tractatur de mutua graduum cognationis ſucceſſione *tot. tit. ff. & C. de ſucceſſ. edicto.* Quod etſi antiquiſſimo jure in legitimis heredibus, id eſt, agnatis locum non habebat; tamen id poſtmodum per Juſtinianum Imp. immutatum eſt, ita ut hodie in agnatione

tione

tione non minus gradus gradui ſuccedat, quam in cognatione *uti docet § 7. Inſt. de legit. agn. ſucceſ.* Et de utraq; hac Succeſſorij Edicti ſpecie magna eſt feudiſtarum contentio; Num eis in jure protimiſeos ſit locus? Quod nos ex communi Dd. voto affirmare nō veremur una cum *Schrad. de feud. part. 8. c. 7. n. 54. Facbin. lib. 7. contr. c. 17. Gothofr. Anton diſp. feud. 10. th. 5.* ob expreſſum textum *in c. 1. verſ. Titius 2. F. 26. ſi de feud. defunct. &c.* eatenùs ſcilicet quatenùs gradus ipſi in jure feudali ſunt permiſſi. Exemplum ejus reperitur in ſacris literis *Ruth. c. 4. verſ. 4.* cum ſeqq. Sic igitur agnati demum ad retractum perveniunt, ſi deſcendentium renunciatio vel excluſio præceſſerit. Si plures unius gradus ſunt, ad retractum omnes ſimul admittuntur, feudumq; alienatum pro ratâ portione recuperant *Berlich. p. 2. concl. pract. 39. n. 33.* quod & in fratrum filiis ſi ſoli ſunt procedit: ſi verò cum patruis ſuis concurrunt, non pro ratâ ſuæ perſonæ, ſed patris, feudum recuperabunt, Ob jus repræſentationis ipſis *in Novell. 118. c. 3.* hoc caſu conceſſum. Qui verò hos ſequuntur non aliter quam ſalvâ gradus prærogativâ protimiſeos beneficio fruuntur. De ijs enim regula eſt quod proximior excludat remotiorem *c. 1. § ſed etiam res 2. F. 3. per quos fiat. inveſt.* Quod in tantùm verùm putamus ut proximior agnatus, ſi à remotiori agnato in emptione præventus fortè fuiſſet, non minùs ab eo quam ab alio extraneo feudum alienatum vindicare & redimere poſſit. *Hartm. Piſtor. d. quæſt. 11. Vult. de feud. lib. 1. c. 11. n. 96. Obrecht. lib. 4. feud. c. 9. n. 97. Roſenth. de feud. c. 9. memb. 2. concl. 88. n. 5. cum ſeqq.*

X.

Porro in revocatione ex jure protimiſeos requiritur precij refuſio (a) *quam facere debet retrahens id quod ſolutum eſt* (b) *totaliter* (c) *legitimè offerendo* (d) *& quidem in numeratâ pecuniâ* (e) *quo facto ſi emptor id recipere recuſat, quidam tanquam ſolenne requiſitum ulterius exigunt conſignationem & depoſitionem: quorum opinioni tamen non adhæremus, exiſtimantes conſignationem & depoſitionem utilem quidem eſſe retrahenti* (f) *non vero neceſſariam* (g).

C (a) *c. 1.*

(a) *c.1. verſ. Titius 2.F.26. ſi de feud.def.cont. ſit int. Dom. & agnat. vaſall.c.1. § ſed etiam res 2. F.3.per quos fiat inveſt. c.1.2.F.9. qual.ol. feud. pot.alien. Vult.lib. 1. feud. c. 10. n. 104.* Quod de natura retractus eſſe dicit *Hartm.Piſtor lib.2.Ill. quæſt.12. n. 3.* Ex quo ſequitur, cum pretium regulariter denotet emptionem venditionem. *l. fin.C. de præd. decur. ſin. decret. non alien.* hic autem in omnibus capitulis ubi de jure protimiſeos agitur expreſſa pretij mentio fiat, ſi alio quam venditionis vel æquipollenti contractu, feudum fuerit alienatum puta donatione, refutatione, teſtamento vel alio quodam titulo lucrativo, quod tum retractui locus non ſit, utpotè qui hiſce caſibus principali & eſſentiali ſuo careret requiſito. *Roſenth.de feud. c. 9. memb. 2. concl. 90.* Merckelbach *in Epit. Tiraqu. concl. 34.* (b) *l. fin. C. de jur. Emphyt. c.1. §. porro. 2. F. 9. qual. ol. feud. pot. alien. c. 1. § ſed etiam res 2. F. 3. per quos fiat inveſt.* Sed quid ſi illud legitimum valorem excedit, annon ſatis eſt, ſi proximior offerat id quod juſtum & æquum eſt? minimè, ſed nihilominus id quod re vera ſolutum eſt reddere tenetur: cum illud tantum attendendum ſit pretium, quod quis à licitatore conſequi poteſt. *arg. l. 14. in pr. ſ. ff. de condict. furt. l. 52. § 29. ff. de furt. Schenck. Baro ad d. c. un. §. ſed etiam reſ. n.4. Curt.Jun. de feud. part.4. num. 152. Schrad. de feud. part. 8. c. 7. n. 7.41. Hartm. Piſtor. lib. 2. de quæſt.12. n.7. & alij quos allegat Roſenthal.de feud. c. 9. concl. 90. lit. g.* tantùm igitur reddere debet agnatus, quantum emptor revera ſolvit, & quidem ijsdem quibus ille modis. e. g. ſi fortè is non uno in termino precium ſolvit, ſed diverſis temporibus, agnatis ijsdem terminis tantùm reddere vel offerre cogitur. Quia in retractu nihil aliud fit quam quod agnatus ſubintrat in veſtigia & jus emptoris *VVeſ. vol. 1. conſ. 73. n. 76.* Quid autem ſi fortè in uno anno durante jure retractus plures feudi alienationes factæ ſunt, quia nimirùm primus emptor iterùm vendidit ſecundo, ſecundus tertio & ſic conſequenter: Quodnam pretium tunc attendendum eſt, primumnè an poſtremum? Pro primævo communiter decertant Dd. à quo & nos non ſumus alieni, modo in ſecunda alienatione majus intervenit pretium quam in prima *propter text. in l. 19. § 9. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. l. 40. § ſ. ff. de pignorat. act.* Si verò minùs precium ab emptore ſecundo datum ſit, quam à primò tum ſufficere arbitramur, ſi agnatus id reddat quod poſterior dedit *Berlich. lib. 2. pract. concl. 41. n. 25. cum ſeq.* Hæc omnia procedunt ſi fraus & colluſio non intervenerit, quo-

quo caſu non quod ſimulatum, ſed quod revera datum eſt reddi oportet. *arg. l. f. C. de jur. Emphyt. tot. tit. C. plus valer. quod ag. quam quod ſimul concip. Ferrar. Mont lib. 4. Feud. c. 5. Matth. de Aſflict. de jur. protimiſ. § ut infra 30. dies n. 17.* nemini vero dolus debet patrocinari *l. 12. ff. de dolo mal. c. ad noſtram X. de empt. vend.* (c) Si plenam precij & qualitatum ejus habeat noticiam, quo caſu integrum precium omninò offerendum eſt, adeò ut ne unus quidem deficere debeat nummus. *Bonavent.* Gavern *de jure retr. concl. 54.* niſi fortè is ob errorem calculi, non verò ex propoſito & ſcienter deeſſet *arg. l. quamvis 32. ff. de condit. & demonſt.* Ad integri pretij oblationem quoq; pertinet ut ea fiat cum omni cauſâ, i. e. cum omnibus ſumptibus & impenſis tempore contractus factis: quod *Andr. Gail. lib. 1. obſ. c. 19.* etiam ad ſumptus vini extendit, cumq; de jure videatur eſſe verius emptorem facto contractu Domino feudi ad laudemium teneri *Molin. in conſuet. Pariſ. § 33. gloſſ. 2. n. 4. Chaſſan. in conſuet. Burg. rubr. 11. § 1. gloſſ. 1.* ideoq; ex natura retractus ſimul eſſe putamus ut agnatus id quod laudemiorum nomine emptor fortaſsè dedit eidem reſtituat *Berlich. part. 2. concl. pract. 41. n. 33.* Si verò agnatus plenariam pretij ſcientiam non habeat, ad præcedentia tam exactè non eſt aſtrictus, ſed ſufficit ut partem liquidam offerat, cùm proteſtatione de reſiduo ſolvendo quam primùm id liquidum fuerit effectum. *arg. l. 5. in pr. l. 34. in f. ff. de ſtatu lib. Tiraquell. de retract. municip. § 1. gloſſ. 19. n. 2. Gail. lib. 2. obſ. c. 19.* (d) quod fieri exiſtimamus ſi agnatus pecuniam habeat præſentem eamq; emptori ſine fraude offert. *arg. l. qui decem 72. § 3. ff. de ſolut. & liber. l. quod Epheſi 4. ff. de eo quod cert. loc.* teſtibus tamen ſecundum *l. ſi creditrici 6. C. de uſur.* præſentibus. Pompoſam enim eam Dd. ſolennitatem qua volunt retrahentem vel alium debitorem cum ſacculo in manibus venire nummosq; excutere & numerare debere, una cùm *Clariſſ. Dn. Arumæo in tractatu de Mora c. 7.* non agnoſcimus. (e) requirit namq; retractus natura ſolutionem ejusdem quod datum eſt pretij. Pretium autem propriè non niſi innumeratâ pecuniâ conſiſtere poteſt. *§ 2. Inſt. de empt. vend* Et hinc eſt quod communiter circumfertur retrahentem pignora vel fidejuſſores offerendo, non ſatisfacere conſuetudini pretij ſolutionem exigenti: Nam ubi pro forma ſolutio exigitur, non ſufficit idoneum dare ex promiſſorem vel pignoribus cavere. *l. 10. ff. de pignorat. act. l. 6. § 1. ff. quib. mod. pign vel hypothec. ſolvit. l. 21.*

§ 2. ff. de conſt. pec. Hartm. Piſtor. d. quæſt.12. n. 6. Roſenth. d. concl. 90. n. 3. (f). Ad hoc ſcilicet ut à tempore conſignationis & depoſitionis fructus lucretur. Plenariam enim ea inducit liberationem & omnimodùm ſolutionis habet effectum *l. obſignationis 9. C. de ſolut. Tiraquell. d. R. M. § 7. gloſſ. 6. n. 1. cum ſeqq.* (g): Nam agimus hic duntaxat de forma ſtatuti vel conſuetudinis implenda quoad fundandam actionem, cui ſatis fit nudâ & ſimplici oblatione legitimo ut diximus modo factâ *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. l. 9. § 5. ff. de pignorat. act. Tiraquell. d. l. num. 4.*

XI.

Demùm retrahere volenti ſtrictim incumbit obſervatio temporis revocationi præfiniti, (a) *quod in jure non ſemper uniforme eſt: nam ſcientem unius anni lapſus* (b) *ignorantem verò triginta annorum excludit decurſus.* (c) *Ne tamen ignorantia poſſit prætendi, ſolent providi contrahentes omnibus quorum intereſt contractum ritè denunciare,* (d) *quo facto præſcriptionem ijs à tempore factæ traditionis currere verius eſt,* (e).

(a) Alias enim à jure retrahendi excluditur & pro renunciante habetur *c. 1. verſ. Titius 2. F. 26. ſi de feud. def. ſit contr. int. dom. & agn. vaſall. Matth. de Afflict. de jur. protimiſ. § ut infra 30. dies n. 23. Boer. in conſuet. Bytur. tit. de retract. §. 1. gloſſ. 1.* quod adeò certum eſt, ut nec moræ purgatio habeat locum, ſi fortaſsè tribus vel quatuor horis, ne dicam diebus poſt elapſum fatale agnatus ad retractum venire vellet. Eſt namq; tempus de juris protimiſeos forma quæ ſemper in omnibus rebus exactè & ad unguem obſervanda eſt. *Berlich. part. 2. pract. concl. 40. n. 12.* (b) quod diſertè probatur *in c. 1. verſ. porro 2. F. 9. qual. olim pot. feud. alien. c. 1. verſ. Titius 2. F. 26. ſi de feud. def. contr. ſit int. dom. & agnat. vaſall.* & alias regulariter etiam ubi tempus à lege vel ſtatuto prolatum eſt indefinitè & ſine certa determinatione id de anno intelligendum eſſe monet *Gail. lib. 2. obſ. 19. Berlich. d. c. 40. num. 5. & ſeqq. Modeſt. Piſtor. part. 1. ill. quæſt. 45.* Nec recepit hoc ut

qui-

quidam volunt diſtinctionem ex perſonâ emptoris, quaſi juri protimiſeos præſcriberetur anno ſi in remotiorem agnatum facta ſit alienatio, ſi verò in perſonam extraneam triginta tantùm annorum ſpacio. Nam cum annale tempus ex ipſa juris protimiſeos ſit natura, ea autem ob perſonam emptoris nullibi legatur mutata, ſequitur quod annalis præſcriptio indifferenter retrahentem excludat, ſive alienatio facta ſit in remotiorem, ſive in planè extraneum. *Roſenth. de feud.c.9.memb.2.concl.93.Schrad de feud.part.8.c.7.n.42.Hartm.Piſtor. lib.2.Ill.quæſt.p.1.quæſt.12.n.2.Sonsbec.de feud.part.13.n.4.* (c) quod probatur *in c.un.vero porro 2. F.9. Qualit.ol.pot. feud.alien. Hartm.Piſtor.d. quæſt. 12. n. 36. Roſenth. & Schrad. dd. ll. Anton. Gothofr. in diſp. feud.10. th. 6.* cui convenit & jus civile quod omnem actionem hujus temporis intervallo includit *l.f. C.de præſcript. 30. vel 40. annos.* Sed hic à Dd: in controverſiam trahitur magno apparatu num adverſus hanc præſcriptionem probabilem ignorantiam habenti ſuccurratur per reſtitutionem in integrum ex generali illa à Prætore adjectâ clauſulâ, *in l.1.ff.quib.ex cauſ.major.in integr.* ſi qua alia mihi juſta cauſa videbitur? quod tamen in caſu præſenti non putamus, ubi expreſsè ignorantia quoad præſcriptionem ſcientiæ æquiparatur *c.un. verſ. porro 2. F. 9. Qual.feud.ol.pot.alien.* Scienti autem reſtitutionem dandam eſſe, nemo facilè dixerit. Nos igitur eandem conjecturam capimus non immeritò de ignorante. *vid.Piſtor.d.l.n.39. Vult.de feud. lib.1.c.11. n.108. Schöner.diſp. feud.9. th.119.* (d). Hic enim denunciationis effectus eſt, ut impediat ignorantiam, ac annalem promoveat præſcriptionem *Marc. Mant. in l. dudum 14. C.de contrah.empt.num.33.* Alias enim retrahenti tempus currit à die ſcientiæ *d. verſ. porro 2.F.9. qual.feud.ol.pot.alien,* & quidem uſq; ad triginta annos. Exigimus tamen ad hoc denunciationem ritè fieri debere, id eſt, non ſuperficialiter ſed plenariè, ita ut contractus cum omnibus ſuis qualitatibus perveniat in notitiam retrahentis. Nam ſcire non dicitur, qui perfunctoriè rem novit, ſed qui penitùs cognovit; *arg.l.in totum 76.ff. de R.I.* Non tamen pluribus opus eſt denunciationibus, ſed ſufficit una legitimè facta, *arg. l. fin. C.de Iur.Emphyteuſ. Marc. Mantua in l. dudum C. de contrah. empt. n.33.* Et hic ſupervacuum quærere arbitramur,

per Conſt.Imp Friderici de Jure Protimiſeos quod etſi ipſis largiremur, tamen in Feudali retractu, ubi nimirùm nullibi denunciatio, ſed duntaxat ſcientia requiritur aliter ſe habere ſatis benè oſtendit *Roſenth. de feud. c. 9. memb. 2. concl. 94. n. 11.* Factâ autem legitimè denunciatione illud heic non inconvenienter quæritur, Num ut majoribus, ita quoq; minoribus & pupillis hoc annale ſpacium currat? Quod adhuc apud Dd. eſt in controverſiâ: Nos pupillo id ipſo jure non currere exiſtimamus, minori verò currere quidem aſt ipſum tutum eſſe beneficio reſtitutionis in integrum, *Hartm. Piſtor. d. q. 12. n 33. cum ſeqq Anton. Gothoſ. diſp. 10. th. 6.* (e) Res ſiquidem non dicitur propriè alienata, niſi translatô dominiô *l. 1. C. de feud. dotal.* Retractui autem ante factam alienationem locum non eſſe demonſtrat *d verſ. Titius 2 F. 26. ſi de feud. defunct. cont. ſit int. Dom. & agn. vaſall. vid. Berlicb. 2. pract. concl. 40 & quos ipſe allegat n. 28.* Deniq; hoc loco indiſcuſſa non erit relinquenda ardua ea & difficilis quæſtio, Quomodo præſcriptio annalis interrumpatur, an nimirum nudâ denunciatione & oblatione, an citatione, an verò litis conteſtatione? Quod poſteriùs ingenioſè defendunt *Hartm. Piſtor. d. q. 12. n. 44. Schrad. de Feud. part. 9. c. 7. n. 59.* quos etiam nos ſequeremur, niſi praxis eſſet in contrarium, quæ retrahentes admittit, modò adverſam partem legitimè in jus vocarint, pretium ritè obtulerint, & actionem intra annum intentarint. Quæ ſententia certè æquior eſt priori, & auctorem *Roſenth. d. c. 9. concluſ. 94. n. 3. & ſeqq.*

XII.

Et tantùm de primò revocandi modo ex jure Protimiſeos: reſtat nunc ut paucis diſpiciamus de altero qui eſt ex jure ſucceſſionis. Cujus talem damus deſcriptionem, quod ſit jus revocandi (a) *feudum ſine conſenſu eorum, quorum intereſt* (b) *alienatum, competens iјs, quibus ex inveſtiturâ jus ſuccedendi eſt conceſſum* (c) *contra feudi poſſeſſorem* (d) *mortuo demùm alienatore ſub nulla pretij reſtitutione* (e).

(a) Quod quaſi generis loco ponimus, ad differentiam Juris Protimiſeos, ideò quod totum hoc jus in revocatione non in prælatione

ne conſiſtat. Neq; enim hic feudum alienatum retrahitur, ſed tanquam proprium ex jure ſucceſſionis devolutum vindicatur; idquod actio ſatis demonſtrat, de qua in theſ. ult. (b). Intereſſe autem putamus, eorum, quibus tributa ſucceſſio eſt vel conſuetudine, vel pacto. Cæterùm non immeritò hic requirimus defectum conſenſus. Is enim inſtar renunciationis eſt, cujus effectus eſt, ut renuncianti nunquam detur regreſſus, *c. 1. verſ. Titius 2. F. 26. ſi de feud. defunct. cont. ſit &c. arg. l. quæritur 14. §. 9. ff de ædil. edict. Schenck. Baro in c. 1. verſ. præterea 1. F. 5 quib. mod feud. amitt. n. 1. Mart. Laudenſ. in c. un. in pr. 2. F. 50. de alien. feud. patern. n. 1* Si tamen ſimplex conſenſus tantùm intervenerit nulla heredum mentione factâ ejus effectum eò extendi non poſſe exiſtimamus, ut etiam conſentientis heredes à revocatione feudi alienati ſuô tempore arceret, propter fortem, præſertim in odioſis, præſumptionem, quod nemo ſucceſſori, ſed ſibi tantùm præjudicare voluerit, *Roſenth. de feud. c. 9. memb. 2. concl. 79.* (c). Non enim ex ſanguinis jure, ſed ex ſola ſuccedendi facultate hoc jus metimur. *Hartm. Piſtor. lib. 2. Illuſtr. quæſt. 7. n. 28. Gothofr. Anton diſp. Feud. 10. th. 3.* ſecùs atq; hactenùs in retractu Gentilitio fecimus, qui totum ſuum reſpectum habet ad ſanguinem. Hinc igitur eſt, quod lineæ & gradus in hoc jure exactè ſint obſervandi. Non enim aliter competit, quam delatâ ſucceſſione, unde ſive unum ſive plures, idq; ob æqualitatem gradus, vel jus repræſentationis, tangit ordo ſuccedendi, ad eos omnes pertinet feudi revocatio. *Hartm. Piſt. 2. quæſt. 6.* Ex quo etiam illud inferimus; ſi per inveſtituram alijs regulariter non ſucceſſuris data ſit ſuccedendi facultas, eos ad feudi alienati revocationem rectè pervenire, *Vult. de feud. lib. 1. c. 11.* Veluti Parentes Si vel ſucceſſio eis data eſt, *Schrad. de feud. p. 7. c. 4. n. 3.* vel filiis feudum antiquum fiduciâ contractâ refutaverint, *c. un. 2. F. 49. de eo, qui fin. fec. agn. de feud. patern. Zaſ. part. 8. n. 2.* (c) Producit enim utilem rei vindicationem quam adverſus poſſeſſorem dari extra dubitationis aleam poſitum eſt. Nec hic diſtinguendum eſt inter perſonam agnati remotioris & planè extranei. Nam ſicut potior eſt proximioris in ſucceſſione conditio, adeò, ut ſi forſan ab aliquo remotiore hereditas detinere-

ſtor.lib.2.quæſt.6.n.29. (e) d.c.1.verſ. Titius 2.T.26. Et in his potiſſimùm à Jure Protimiſeos differt, de cujus forma eſt, ut fiat alienatore vivo, ſub pretij totalis refuſione. Undè & hoc jus aliquantò latiùs evagatur, ita ut non tantùm pertineat ad contractus onerosos, ſed & lucrativos, veluti donationes, refutationes, aliosq; quibus dominium in præjudicium agnatorum transfertur. *Roſenth.de Feud.c. 9. concl,52.*

XIII.

Diximus theſi præcedenti, hoc jus in Inveſtitura comprehenſis competere. Hinc Dd. communi voto non minùs filiis (a) *quàm agnatis* (b) *revocationem tribuunt. Quod verum arbitramur adhibitâ diſtinctione Feudorum, ita ut in feudo hereditario id non obtineat* (c) *benè tamen procedat in feudo ex pacto & providentia, modò id ſit paternum, nec agnatus alienatori exiſtat heres.* (d) *In novo enim revocationem ceſſare probabilius eſt* (e).

(a) Immotum enim in toto hoc jure principium eſt, ut ad quem pertinet ſucceſſio, eidem quoq; competat revocatio. Unde cum citra ullam dubitationem filiis debeatur ſucceſſio *c.1. in pr.1.F.8.de ſucceſſ. feud.* non apparet quomodo jure à revocandi facultate poſſint excludi. Præſertim cum ipſos in diſpoſitione *c. 1. in pr.2. F.39.de alienat.feud.patern.* contineri firmâ ſtabilitate negari non poſſit, *Berlich. 2.Pract.concl.57.n.85.Ferrar.Montan.lib.4.Feud.c.5.* (b) *text. eſt in c.un. § 1. 1.F.8.de ſucceſſ.feud. d.verſ. Titius, ſi de feud. defunct.ſit cont.c.un.verſ. præterea 1.F.5.quibus mod.feud.amitt.Mynſing.cent.4.obſ.85.* (c) Feudum namq; hereditarium unà cum Dn.Vultejo *lib. 1. Feud. c. 8. n. 24. cum ſeqq.* illud indigetamus, quod hereditario jure ad ſucceſſorem devolvitur non, ex pacto & providentiâ hominis. Quô præſuppoſitô facilè apparet in tali feudo omnem quieſcere revocationem, cum heres facto defuncti contravenire nec poſſit nec debeat, *l 14. C.de rei vindic.Vult.de Feud.lib.1.c.11.n.85.Schrad.de feud.p.8.c.8.* (d) De quo inprimis quoad filios magna adhuc eſt inter Dd. controverſia: nam facultatem revocandi ijs denegant purè *Hartm. Piſtor. lib.2. quæſt. 12. Vult. d. tr. lib.1. c.11.* Econtrà ſimpliciter & indiſtinctè attribuit *Arius*

Pinell.

Pinell. in l.1. C. de bon. Matern. part.3.n.95. Quidam verò mediam viam eligentes cum Pinello filios quidem nec non agnatos ad jus revocandi admittunt,ſed non aliter,quam ſi heredes non ſunt alienantis in allodio,*Schrad.de Feud.part.8.c.8.n.11.Obrecht.de Feud.lib.4.c.9.n.36.* Nos in tam ingenti nobiliſſimorum JCtorum conflictu agnoſcimus quidem Piſtoris, Vultejiq; incomparabile ingenium , nec non Pinelli acumen, caſtra tamen eorum ſequi non audemus, ob magnam Dd. reliquorum auctoritatem, qui hactenus catervatim in ſententiam tertio loco à nobis relatam peronatis velut pedibus irruperunt. Sub quorum ſignis nunc pro poſſe merebimur. Cùm quod eam probabiliter defendi poſſe putemus, tùm quod in judiciis noſtris eam indies ſervari non ſimus incerti. Non tamen hereditatis abdicationem dicti auctores perpetuò exigunt, ut filij vel agnati feudum revocare poſſint, ſed plures referunt caſus, quibus id ipſis non attentâ hereditate licere affirmant, E quibus nos duos impræſentiarum diſcuſſioni ſubjiciemus. I. Si filius hereditatem adit cum beneficio inventarij, cujus effectus is eſt, ut heredi omnia ſua jura ſalva & integra reſervet, ne ille in ſubſtantia ſuâ ullum patiatur damnum,*l. fin.C.de jur delib. Roſenth.de Feud.c.9. memb.2. concl.71.* Quod ita eſt ſi hereditas damnum feudi alienati compenſare nequit. At ſi ea opulenta eſt, Ita ut ſine omni damno ſit heres eum jus revocandi ratione ſucceſſionis non habere exiſtimamus. Neq; enim inventarium hoc præſtat ut quis cum alterius jactura fiat locupletior *Obrecht.d.c.9.n.66. Roſenth.d.c.9. concl.72.* II. Si filius à patre in re certâ, vel legitimâ inſtitutus eſt, aliô herede Univerſali relictô, quô caſu cum potiùs legatarij,quàm heredis ſuſtineat perſonam *l. 14. C. de rei vindic.* nulli dubitamus jus revocandi ipſis competere,*Roſenth.d.concluſ.73.Obrecht.lib.4.de feud. c.9.* (c) Regulariter : nam in eo neq; filij neq; agnati tàm radicatum jus habent, ut ipſis cum,conſenſu Domini à poſſeſſore auferri non poſſit,eleganter *Obrecht. d. c.9. n.12. & ſeqq.Berlich.2.concluſ.57. n.18.* Aliàs dantur caſus,quibus in novo feudo jus ſuccedendi filijs vel agnatis adeò competit, ut ipſis illud à poſſeſſore nullo modo auferri poſſit,videlicet ſi patri reſpectu filio-

gumentum ſit ipſe actus alienandi, an verò ulteriùs quid requiratur, quod oſtendit alienatorem de ſucceſſoribus cogitaſſe? Quod poſtremum nos amplectimur, cum Vaſallus regulariter illud jus, quod in feudo duntaxat ad vitam habet alienare voluiſſe præſumatur, non illud, quod filijs & ſucceſſoribus competit ex inveſtitura. *Schrad.part.8.c.8.*

XIV.

Præſcribitur autem huic juri 30. annorum decurſu (a) *indiſtinctè ſive alienatio facta ſit in agnatum remotiorem, ſive in perſonam planè extraneam* (b) *quod tempus currere incipit proximioribus à tempore mortis alienantis* (c) *remotioribus verò à die delatæ ſucceſſionis* (d).

(a) Nam in toto jure Feudali nullus certus terminus huic juri reperitur præfixus; non immeritò ergò illud communi omnium actionum periodo, quæ 30. annorum lapſu abſolvitur *l. ſicut 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* cenſetur circumſcriptum, *Schrad. de Feud. p.8. c.8. n.39.* idq; eò magis, quod aliàs ubi contrarium non eſt ſtatutum, in feudis quoq; 30. annorum præſcriptio attendatur, *c. un. verſ. ſi quis per 30. 2. F. 26. ſi de feud. defunct. cont. ſit c. un. § porrò 2. F. 9. qual. ol. feud. pot. al.* (b) Idq; propter Jus ſuccedendi, ex quo hic revocationis modus deſcendit, cui non niſi per 30. annos præſcribitur *Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 8. n. 35.* quod meritò generaliter accipiendum eſt in revocatione, cum aliud expreſsè non ſit ſtatutum *arg. l. 14. ff. de relig. & ſumpt. funer.* Nec moramur hic vulgatam explicationem ſæpiùs citati *verſ. Titius 2. F. 26.* per cujus ultima verba Dd. communiter evincere, conantur alienatione in agnatum remotiorem factâ, huic juri annô unô præſcribi, quod & *Roſenth. c. 9. memb. 2. concl. 95. Obrecht. de Feud. lib. 4. c. 9. nec non Dn. Lindeman. in diſp. 3. Feud. cap. 9* ſequuntur. Nam nos ultima dicti verſicul. verba unà cum *Piſtorio lib. 2. quæſt. 5. & Schrader. d. c. 8. n. 39.* de jure Protimiſeos ſolùm accipimus, id ponderantes, quod identitas rationis hic nulla interveniat, ſed ratio diverſitatis ſufficienter dari poſſit. (c) Omnis enim præſcriptio incipit tantùm eò tempore, quô facultas agendi alicui conceditur, text. expreſſus in *l. 1. in fin. C. de annal. præſcript.* Non ergò hoc tempus antè currere poteſt, cùm totum revocandi jus dependeat ex ſucceſſio-

ceſſione, nec antè delatam hereditatem in rerum naturâ eſſe cenſeatur, *c. un. § 1. 1. F. 8. de ſucceſſ. feud. d. verſ. Titius 2. F. 26. Roſenth. de feud. c. 9. memb. 2. concl. 95. n. 3. Schrad. part. 8. c. 2. n. 45. Hartm. Piſtor. 2. quæſt. 8. n. 40.* Ex quo ipſo fundamento unà cum Schradero & Piſtor. dd. ll. aſſerimus præſcriptionem impletam adverſus proximiores remotioribus non obeſſe: ſtat enim ea immota regula, quod non valenti agere nunquam currat præſcriptio. *d. l. 1. C. de annal. except.* (d). Feudum enim antiquum ita cenſetur à primo acquirente comparatum ut omnes deſcendentes illud habeant ſucceſſivè ſecundum ordinem cujusq; gradus *arg. c. un. 2. F. 50. de nat. ſucceſſ. feud.* Antequam igitur ſucceſſio ipſis deferatur hoc tempus currere non poteſt, cum eô demum die incipiant habere facultatem agendi, *vid. Piſtor. 2. Illuſtr. quæſt. 8.*

XV.

Deniq; cum nemo ſine actione in judicio poſſit experiri non incommodè hic Coronidis quaſi loco addimus quæ cuiq; his remediis uti volenti competat actio. Et quidem ex jure protimiſeos duplicem oriri actionem eamq; diverſam pro diverſis infra poſitis ſpeciebus jam dudum receptum eſt: ſcil. actionem mere perſonalem ex retractu conventionali (a). *Ex Legali vero vel gentilitio condictionem ex moribus feudorum.* (b). *Revocationes autem ex jure ſucceſſionis vel condictione ex moribus vel quaſi rei vindicatione peragi apud omnes eſt in confeſſo* (c).

(a) Oritur namq; ex pacto & obligatione, cujus proprium eſſe actionem perſonalem producere evincit *§ omnium 1. Inſt. de action.* Et hinc eſt quod in tertium poſſeſſorem non detur; ſed tantum in eum qui ſe ad retrovendendum obligavit: Cum perſonalis actio

Venduef. § 1. *n.29. Gail. lib. 2. obſ. 16.* Sed annè huic juri etiam poteſt præſcribi? Apud Dd. de eo anceps eſt digladiatio uti videre eſt apud *Berlich. part.2. Pract. concluſ.2. n. 80. & ſeqq.* Nos hic in memoriam revocantes quid ſupra theſ. 4. Juris protimiſeos deſcriptioni adjecerimus, præſentem quæſtionem ita definimus, ut, ſi de certo tempore inter contrahentes convenerit, illud ex lege contractus poteſtati reemendi impònat finem *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. Corr. l. ſi creditor 7. § 1. ff. de diſtract. pignor. Berlich. part. 2. concluſ. 2. n.87. Roland. à Valle. vol.1. conſ. 10. n. 12.* Si verò certum aliquod tempus contrahentibus præſtitutum non ſit retinendi facultas triginta annorum ſpacio tollatur *Elegant. Kopp. lib. 1. deciſ. 1. Mozz. de contract. tit. de empt. vend. col. ult. quib. caſ. annul. empt. vend. num. 28.* (b). Nam quandocunq; obligatio nova lege introducta eſt, nec cautum quo genere actionis oporteat experiri ex ea lege agitur *l. un. ff. de cond. ex leg.* Eſt autem hæc condictio non merè perſonalis neq; etiam merè realis; ſed perſonalis ſcripta in rem adverſus quemcunq; competens poſſeſſorem *Gail. lib. 2. obſ 19.* Ex quo patet eam non tantùm in loco domicilij verum etiam rei ſitæ inſtitui poſſe *argum. l. fin. C. ubi in rem ag. oport.* (c) *c. un. § Rei autem. 2. F. 8. de Inveſtit. de re alien. fact c. un. 2. f. 83. ſi un. ex fratr. &c. Roſenthal. de feud. cap. 9. memb. 2. concluſ. 100. Lindemann. diſput. feud. 3. cap. 12. theſ. 17.* Et hæc de Jure revocandi: Nunc

Anchora de prora jacitur: ſtat littore puppis.

Soli Deo gloria.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE